

III.  
NEOVIDENSIS

Nro. 90. (Neovidensis '1807. Nro. 89.)

*Ex Campis Elysiis*

*Colloquium Politicum Vita functorum.*

Elysium-Meum.-Die Veneris 20. Nov. (Neovid. 30 Oct. 1087.)

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?  
Quam ferus, & vere, ferreus ille fuit.  
Tunc caedes hominum generi, tunc praelia nata,  
Tunc brevior dirae mortis aperta via est.

*Colloquentes Manes.*

*Comes Chesterfeld. William, Colonus.*

**C***hesterfeld.* Bona dies Williams! hisce in sedibus uterque æquales sumus

*Williams.* Imo, ni fallor, Dominatio Tua locator prædii meus est, contra ego Emphiteuta suus.

*Chesterfeld.* Tamen paullo tibi dixi ante, hisce in locis omnes esse æquales; quot fuisti annorum dum mundo dedederes?

*Williams.* Octo supra octoaginta, Gratiose Domine!

*Chesterfeld.* Et tibi cum mundo, ut videtur, bene convenit?

*William.* Cur secus, Domine Gratiose! opes quidem non habebam, nihilominus be-

no nullo laborabam: ego & pater meus diu in prædio, quod Dominatio nobis locabat, vitam aluimus.

*Chesterfield.* Serius me vita excessisti; an in aulicis paginis nihil ab obitu de me legebas.

*William.* Lætionis æque ac scriptionis ignarus fui, Gratiöse Domine! dñmi nostræ semper melius agendi præsto fuit materies.

*Chesterfield.* Legendi ignarus; damnum! quippe adeo intelligens colonus scripta saltem de agricultura versare debuisset. —

*Williams.* Quasi vero, Gratiöse Domine! & araturam propterea negligere? equidem pro simplicitate mentis meæ existimabam: culturam agri absque libris addisci posse; quod plurimum artis in manibus situm, — defunctus sacer Curio noster agrum suum ad præscriptum librorum œconomicorum tractabat, &, raro messis ejus sementem adæquabat. —

*Chesterfield.* At dic quæso, bonè Williams! semperne, in humanis degens sorte tua contentus qui vixisti, ut artem cum voluptatè vitæ agendi didicisti?

*Williams.* Jocari dignatur, Gratiösa Sua Dominatio — ad laborem nullum tempus meditationibus indulgendi superest; nam qui melle vesci vult, præparationem mellis adjuvet oportet — hanc me veritatem apes docuere meæ, post primum Cœnæ mihi dulcis sapor est, quam eam laborando promerui. —

*Chesterfield.* Sed nunquam vicini dolus, calumnia, proditio, animum commovit tuum? ergo ne in sola, quam incolebas, regione singulares adeo vixere homines, qui non contemti, antequam probe noscerentur, non ante abominabiles erant, quam animis explorarentur? ergo omnes amore, omnes amicitia digni, omnes affabiles, candidi, honesti homines toto vitæ tuæ tempore suppetebant?

*Williams.* Absit Gratiöse Domine! tam æquo, & eleganti quidem pede omnia in vivis non decurrebant. Improborum in mundo non exiguus reperitur numerus. Vicinus meus *Steffensen*, molliter ejus ossa cubent! sæpenumero homini caput exagitavit; diversis litigiis tranquillitatem animi mihi adimere adnitebatur; interim, quoad vixi prolibus ejus benefaciendi fortunam habui; dum tale quid momordit plurimum, Gratiöse Domine! vires acrius ad laborem intendi, nec lævam, nec dextram versus spectavi, & dum absoluto opere vesperi isthinc liberos meos subsultantes prospiciebam, uxorque mea pro foribus me venientem affabili vultu excipiebat, --- tum omnia memoria excidebant. Nemo meorum inimicorum voluptatem illam habuit, ut vel unum cyathum Cerevisiæ amarum reddere posset.

*Chesterfield.* Omnia præclare, fortunate senex! omnia mente assequor; id solum paradoxum mihi videtur: ut fieri nequierit, ut tam morosum, adeo uniforme genus vitæ tibi tædiosum non acciderit; viro tam prudenti, tam sagaci! semper unum eundemque agellum colere, ei-

dem semen immittere, eadem via & iisdem sulcis vomer producere, reducere, & hoc duo de nonaginta annis, profecto res tædii & fastidii plenissima! ...

*Williams.* Vere jocari mihi videtur, Gratiosa Sua Dominatio —

*Chesterfield.* Imo vero sincere loquor *Williams!* novi etenim homines, qui plus mundo fruebantur, & tamen postremum eum, moræ, tædii, uniformitatis plenissimum deprehendebant; si seculo adhuc vitali aura vesci nobis licuisset *Williams!* profecto rerum natura, nec mihi, nec tibi quid novi suppeditare potuisset.

*Williams.* Equidem pro animi simplicitate mei, Gratiose Domine! mundum quotidie variabilem comperi ... quadraginta solum annos in mentem revocanti, quam omnia in Parœcia nostra aliam subiere faciem! arborem pro vestibulo ædium mearum, nunc firmam, & proceram instar virgæ fle&tendo fui; illum rubum, ut semen ei injectatum meis vidi oculis, ille ager, in quo *Ceres* luxuriat, inane fuit solum, domui meæ nulla arbor fructigera ornamento fuit, illic dextrorsum, uligo adhuc æviit, in quo post uberibus turgentes vaccæ pabulabantur; ubi omnia hæc læte & ubertim crescere circumspexi, ut opus mearum ex Dei favore profecerit, tum enimvero, Gratiose Domine! animus solatio solutus est, ut aristæ promineant; filius meus adstant gaudio de ampla *cerere* plenus, & ego non lætarer. ego sorte mea contentus non sim? quamquam minime dives.

dem semen immittere, eadem via & iisdem sulcis vomer producere, reducere, & hoc *duo de nonaginta annis*, profecto res tædii & fastidii plenissima! ...

*Williams.* Vere joculari mihi videtur, Gratiosa Sua Dominatio —

*Chesterfield.* Imo vero sincere loquor *Williams!* novi etenim homines, qui plus mundo fruebantur, & tamen postremum eum, moræ, tædii, uniformitatis plenissimum deprehendebant; si seculo adhuc vitali aura vesci nobis licuisset *Williams!* profecto rerum natura, nec mihi, nec tibi quid novi suppeditare potuisset.

*Williams.* Equidem pro animi simplicitate mei, Gratiosæ Domine! mundum quotidie variabilem comperi ... quadraginta solum annos in mentem revocanti, quam omnia in Parœcia nostra aliam subiere faciem! arborem pro vestibulo ædium mearum, nunc firmam, & proceram instar virgæ flectendo fui; illum rubum, ut semen ei injectatum meis vidi oculis, ille ager, in quo *Ceres* luxuriat, inane fuit solum, domui meæ nulla arbor fructigera ornamento fuit, illic dextrorsum, uligo adhuc æviit, in quo post uberibus turgentibus vaccæ pabulabantur; ubi omnia hæc læte & ubertim crescere circumspexi, ut opus mearum ex Dei favore profecerit, tum enim vero, Gratiosæ Domine! animus solatio solutus est, ut aristæ promineant; filius meus adstabat, gaudio de amplâ *Ceres* plenus, & ego non lætarer. ego sorte mea contentus non sum? quamquam minime dives.

*Chesterfield.* Vere beatus eras, proba anima! dives, ditior me & principibus terrarum, (intra se) profecto terras repetere si fas foret, Williamsius non Chesterfield esse cuperem; beatus ille, qui fruitur, non is qui meditationibus animum distinet; qui nullum florem in vitæ Cursu conculat, omnes colit, quos colendo par est — Ego in palatiis, in aula, in amplo mundi foro voluptatem comparare adnitebar, & eas ex liberali auctoris naturæ manu aspernabar. — O viventes & adhuc in vivis agentes quotquot estis animæ! obsecro, discite ex Emphiteuta meo, a magistro meo Williamsio, beati vivere!

*Williams.* Ausimne rogare, Gratiosè Domine! de statu dilectæ patriæ nostræ, cujus & post fata amans studiosusque sum.

*Chesterfield.* Quæ Londino de 15. Oct. feruntur, perhibent: Principem *Mentzickoff* ibidem expectari Petropoli, quem ultimas Mandati aulæ Russicæ litteras adfere contendunt; pari ratione Londini nuncium opperiantur: Imperatorem Austriæ Anglicis navibus portus suos oclusisse,

*Berolini die 24. Oct.* Nondum caligini rerum nostrarum lux adfusa est; quæ ad nos perferuntur, repugnant. Jam fert rumor; definito hoc die a Gallis omnia repurganda, verum diei hujus promissionis neutiquam respondet eventus; Copiarum traductus continui fervent, & Edicto cautum: ut copias commoda intertentio & habitatio præstetur. In Silesia Galli rursus augeri dicuntur; in Brandeburgica ditioe promptuaria conspicua eriguntur; Magdeburgo his admodum diebus magna vis poliorcetica allata, &

e vestigio ad arcem *Kustrin* delata — illa vero machinarum bellicarum congeries, quæ ad *Cataractalem* pontem phaselis continetur in Gallias expedienda perhibetur. — In hujate Armamentaria æde quotidie tres gallicorum Armamentariorum Centuriæ operam dant præparandis armis, quemadmodum gallicus rei tormentariæ Generalis *St. Laurentii*, vir cultissimus, prodissimus, a trimestri jam isthic moratur.

Reformationibus in exercitu initium datum est, aliquot triginta Gen. Duces stipendiis soluti sunt. Sequentia in exercitu definita, 1. Absque discrimine, aut respectu personæ cuivis ab imo serviendum. 2. Omnis distinctio inter Nobiles & Cives in exercitu abrogatur, hi æque ac illi promotionis capaces. 3. Fustis non amplius adhibendus; usitatus hætenus hic vestis penitus aboletur; pœna dignus carcere plectitur, tertium carceris poenam meritis, quartum gladii ictu in dorso coercetur.

*Parisiis die 29. Octob.* Rex *Vestphaliæ* isthinc ad Fontem bellaqueum revertit. *D. Chazel* litterarius hujus principis renunciatus est respondens.

Agmen prætorianæ Cæsareæ Turmæ *Mediolano* veniens 6. futuri mensis *Divioni* expectatur, ubi aliquanto tempore moraturam probabile est Imperatoris itinere ad *Italiam* expectandi gratia; agmen hoc 332 viris constat.

Tribuni emeriti, qui vigore Art. 9. Senatus Consulti de 19. Aug. Collegio legislativo adlegantur sequentes sunt: *Chabaud-Latour* *Chabant* (ex *Depart. Alliensi*) *Challan*, *Favard*, *Gallois*, *Gerardin*,

*Gonpil. Prefeln. Grenier, Lahary, Leroi, Mallarmé, Paugeart du Limbert, Sahne & Thouret.* Clarus comica arte & dramatica Poesi Picard ab Imperatore 600 Fr. pensione donatus est.

*Hafnia die 21. Oct.* Mox discedentibus Anglis jam nudius tertius 4 hora pomeridiana copiæ nostræ utrumque collem; & hesterna matutina 14. arcem occupavere. Quævis hostiles naves sitæ in distantia unius jactus tormenti, tam ab hujatibus munimentis, quam generatim a limite Zelandico. Series, quam inivere, eadem est, quæ adventus tempore fuit. In novis Collibus 50 Equos reliquere; res nostra tormentaria, prout & machinæ bellicæ hic existentes jam hesternò in Zelandiam adpulere; pars quoque terrestris defensionis causa erectæ militiæ rursus redit — In dies adventus copiarum nostrarum expectatur, in horas Gen. Dux *Ewald.*

### B I O G R A P H I A

*Chesterfield* (Philippus Dormer Stanhope, Comes a) natus Londini 1694 denatus 1773 inter principes Philosophorum ethicorum Angliæ. Exactis laudabiliter studiis ad comparandam hominum cognitionem iter in exteras oras suscepit; de quo obscura solum & pauca leguntur. In patriam redux in aulam se insinuavit, & 1772 in Turma prætoriana helveta Centurionis munus adeptus, mox triduo post, gratia excidit, omnibusque dignitatibus orbatus est. Obitus patris 1726 ei aditum ad Curiam superiorem aperuit, moxque Georgii I. 1727. splendida adjuncta

ei procuravit; felicitatem nactus clarissimis  
 suæ patriæ viris *Addisonio*, *Vandrungio*, *Gar-  
 tho*, *Gayo*, *Popeo* &c. convivendi; omnes hi  
 viri ejus familiares erant, neque in eorum  
 medio patronum se esse vanam gloriam. hæ-  
 buit, quam multi illustres natalibus arrôgant.  
 Ast inœstus animi affectus gloriam ejus ob-  
 scuraverat, tranquillitatemque omnem ade-  
 merat vitæ; nimia in lusum propensio, quæ  
 eum nonnunquam perditissimorum hominum  
 globo illigavit. Statio legati Hagæ Comitum  
 1728. ex integro litterarium, quo vacabat,  
 otium interceptit. Flumen quo pollebat, elo-  
 quentiæ, munificentia, qua excellebat, luxus,  
 & liberalitas, quam præseferebat, tantos ei  
 addictos fecit; ut Regi ejus in Hollandia  
 commoratio necessaria videretur.

Hagæ in morbum incidens, revocari pe-  
 tit; & ex hoc tempore alio in theatro fulge-  
 bat; Vis, qua gaudebat, oratoria, insignesque  
 mentis & ingenii, quibus præditus, dotes,  
 magnam in Curia superiore ei auctoritatem  
 conciliabant; Demum animo decernens: in  
 honesto recessu Philosophiæ, & musis vacare,  
 quævis, quibus aulæ implicatus, abruptit  
 vincula. & matrimonium inivit 1733 quod  
 felix sospesque cessit. Gubernator Hyber-  
 niæ creatus, in hac dignitate mansuetudine,  
 atque candore animi magnum sui reliquit  
 desiderium.

---